

N. 2.

B A L L A  
Clementis. vii.  
Lecta in Cena  
Domini Anno  
M.D.XXVII.



Mulgead

# CLEMENS

Episcopus, seruus seruorum

dei ad futuram rei memoriam.

¶ Consueverūt Romani Pontifices, prædecessores nostri, ad retinendā puritatem religionis Christianæ, & ipsius unitatem, quæ in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum uidelicet eiusq[ue] Vicarium principiter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruādā, arma iustitiae, p[ro] ministeriū Apostolatus in præsenti celebritate exercere.

¶ Nos igitur uetus sumus, & solerinem hunc morē sequentes excōmunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotens Patris & filii & spiritus sancti, auctoritate quoq[ue] beatorū Apostolorū Petri & Pauli, ac nostra, omnes haereticos, Gazaros, Paterenos, Paipes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagarios, Viclefistas, seu Uſſitas, Fraticellos de opinione nuncupatos, Necon per se. re. Leonem Papā X. prædecessorē nostrū su perioribus annis dānatam, impiam & abominabilē Martini Lutheri haeresim sequentes, ipsiq[ue] Martino, quominus puniri possit, quomodolibet fauētes, & quoslibet alios haereticos, quoq[ue] cū nomine censeātur, ac omnes fautores, receptatores, librorūq[ue] suorum aut quorumvis aliorum eiusdem sectæ sine auctoritate nostræ sedis apostolicæ quomodolibet legētes, aut in suis dominib[us] tenentes, aut imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quauis causa publice, uel occulte, quoquis ingenio, uel colore, & generaliter quoslibet defensores eorundem.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, Latrunculos Maritimos, & illos præcipue qui m[ar]e nostrum a monte Argentario usq[ue] Terraciam discurrere, & nauigātes in illo depredari, mutillare, interficere, ac reis & bonis suis spoliare præsumperunt hactenus, & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium dātes consilium, uel fauorem.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, uel prohibita exigunt.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes Falsarios bullarū, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiam, uel iustitiā certantib[us], per Rom. nū P[er]t[er]tific uel Vicecancellariū, seu gerentes uices eorum aut officium Vicecancellarii. S.R.E, de mandato eiusdem Romanī Pontificis signatarū, aut sub nomine eiusdē Romani Pontificis, Vicecancellarii, aut gerentium uicem prædictorū signantes supplicationes easdē, extenderentes Capitulū ad falsariorū, cum omnibus poenis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato no[n] signatas & datatas sine nostra seu Datarii nostri licentia.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui Ema, Ferrum, filum ferri, stānū, æra, bandara spatam, aut chalcū, su

trum , & omnia alia ad faciendū artelarias opportuna , & quæcunq; instru  
menta , arma seu machinas offensiua necnon funes & alia rei nauticæ ne  
cessaria Lignamina , & alia prohibita deferunt Sarracenis , Turcis , & aliis  
Christiani nominis inimicis , quibus Christianos oppugnant , quibusuis  
gratiis , priuilegiis & concessionibus quibuscunq; principibus aut domi  
niis , seu priuatis personis per nos & sedem prædictam hactenus forsitan  
concessis quas illis nolumus in aliquo suffragari .

C Itē excōmunicatnus , & anathematizamus omnes impediētes , seu inua  
dentes uictualia , seu alia ad usum Romanæ Curiæ necessaria adducētes ,  
uel qui , ne ad Romanā Cutiā ipsam adducātur , uel deferātur impediunt ,  
seu perturbāt , & qui talia faciunt , uel defendūt , cuiuscunq; fuerint ordinis  
præminentia , cōditionis & status , etiam si Pontificali , Regali , Reginali ,  
aut alia quauis ecclesiastica , uel mundana præfulgeant dignitate .

C Itē excōmunicamus , & anathematizamus omnes illos qui ad sedē apo  
stolicam uenientes , & recedētes ab eadē . Necnon omnes illos , qui iurisdic  
tionem ordinariam , uel delegatam aliquā non habentes , in eadē Curia  
morantes , temeritate propria rapiunt , spoliant , & detinent , aut ex propo  
sitodeliberato uerberare , mutilare , uel interficere præsumunt , & qui talia  
fieri faciunt , seu mandant .

C Item excommunicamus , & anathematizamus omnes temere mutilan  
tes , vulnerantes , interficienes , capientes , carcerantes , & detinentes Patri  
archas , Archiepiscopos , & Episcopos , eorumq; mandatores .

C Item excōmunicatus , & anathematizatus omnes illos , qui per se , uel  
aliū seu alios , quascunq; personas ecclesiasticas , uel seculares , ad Romanā  
Curiā sup eorū causis & negociis recurrentes , illaq; in eadē Curia prose  
quentes aut procurātes , negotiorūq; gestores , aduocatos , uel procurato  
res ipsorū , uel etiā auditores , seu iudices super dictis causis , seu negociis de  
putatos occasione causarū uel negotiorū huiusmodi uerberant , mutilat  
uel occidūt , seu bonis spoliāt , ac illos qui ne litteris , & mādatis apostolicæ  
sedis , & legatorū , ac nūcioī , & iudicū delegatorū eiusdē gratiā , uel iusti  
ciam cōcernentibus , decretisq; super illis , & cæteris iudicatis , processibus ,  
& executorialibus , nō habito primū eorum beneplacito , & assensu pare  
tur , neue tabelliones , & Notarii super huiusmodi literarū , & processuum  
executione , instrumenta , uel acta conficere , aut facta parti cuius interest ,  
tradere , sub grauiissimis poenis prohibere , statuere , seu mandare , quiue in  
animarū earundem periculū , se a nostra , & Ro. Pont. pro tempore obedien  
tia pertinaciter subtrahere , seu quomodo libet recedere præsumūt , quiue  
iurisdictiones , seu fructus , redditus , & prouentus ad ecclesiasticas personas  
ulgeaione ecclesiastig; monasteriorū & aliorū beneficiorū ecclesiasticorū per  
tentorum pertinentes usurpant uel surripiunt , seu quauis occa  
sione  
la sine Ro. Pōt. expressa licetia sequestrat , uel qui per se , uel aliū , seu  
eccl. uel indirecte p̄dicta exequi , uel procurare aut in eisdē cōsiliū

auxiliū vel fauore p̄stare nō verentur, cuiuscumq; p̄feminetiæ dignitatis, ordinis conditionis aut status fuerint & si Pontificali, Regali, Reginali, vel quavis alia præfulgeat dignitate. Innouamusq; decretū sup his in moderno Lateranen. Concilio editum & cum omnibus p̄sonis in eo contentis. Citem excommunicamus, & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes & interficientes seu capientes & detinentes seu depredantes, Romipetas & peregrinos ad urbem causa deuoti. Ois seu peregrinatiois accedentes & in ea morantes vel recedentes ab ipsa & in his dantes auxilium, consilium vel fauorem.

Citem excōicamus & anathematizamus omnes illos, qui per se uel aliū, seu alios directe, vel indirecte, sub quocumq; titulo vel colore occupat, detinet, vel hostiliter destruit seu inuadit, aut occupare, detinere vel dilucrare, aut inuadere hostiliter p̄sumunt in totū, vel in partē, almā Vibē, Regna Siciliæ seu Trinacriæ, Insulæ Sardiniae & Corsicæ, Terrā citra phage, Patrimoniu beati Petri i Tuscia, Ducatū Spoletanū, Comitatuum Venay sinū, Sabinēsem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Româdiolæ, Capaniæ & Maritimæ p̄uincias ac terras specialis cōmissiōis Arnulfoꝝ, Ciuitatesq; nostras Bononiā, Ferrariā, Beneuentū, Peruliā, Auiniore, Ciuitatē Caltelli, Tudertū, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura, ad ipsā Romanam Ecclesiā spectantia & pertinentia, & adhærentia, ac fatores & defensores eorū seu in his dante auxilium, consilium vel fauorem.

Citē excōicamus & anathematizamus oēs & singulos Vice cancellarios, & consiliarios, ordinarios, & extraordinarios, quorūcumq; Regū & Principum ac Cancellarioꝝ, Cōtilioꝝ, & parlamentoꝝ, Necnon procuratores generales eorūdē, vel alioꝝ principiū seculariū, etiā si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumq; præfulgeant dignitate, necnon Archipos, Epos Abbates, & Cōmendatarios, eorūq; Vicarios, & officiales qui p̄ se vel aliū seu alios quarūcumq; exēptionū vel aliage gratiag; & līrag; Aplicag;, necnon decimag; & beneficiales ac alias spūiales & spūalibus annexas causas ab Auditorib. & cōmissariis nīs, vt eorū verbis vtamur, aduocat ac executiōes monitorioꝝ, citationū, inhibitionū, sequestroꝝ, executoriū & aliage līrū Aplicag; tā gratiā q̄ iustitiā cōcēmentiū, a nobis necnon Camerario & p̄sidiētibus Cameræ Aplicag; ac Auditoribus & cōmissariis Aplicis, i cīlde causis p̄tpe emanataꝝ, illaꝝq; cursū & audiētiā, ac psonas, capitula, p̄uetus & collegia causas ipsas p̄sequi volētes auctoritate laicali p̄pediūt, & se de illarū cognitiōe tāq; iudices itromittere ac ptes actrices q̄llas cōmitti fece rāt & faciūt, ad reuocadū seu reuocari faciēdū citatiōes vel inhibitiōes aut alias līras in eis decretas & ad faciēdū eos, cōtra quos tales inhibitiones emanarūt, a cēsuris & p̄sonis in illis cōtētis absolui ordinat vel compellit. Citem excōicamus & anathematizamus omnes & singulos illos et Patriarchali, primatiali, Archiepiscopali, Epali vel maiori Ecclesiā aut Imperiali, Regali, Reginali, Ducali uel alia quavis præful-

gnitate, honore seu præeminétiá, qui sub quibusvis pœnis quibuscumq; p/  
sonis in genere & in specie, ne aliquis litteras Apostolicas etiam in for/  
ma breuis tā gratiā q̄ iustitiā cōcermen, etiā citatōes & executoriales, q̄ a se  
de p̄dicta emanarū & p̄ tēpore emanabūt sine eōge vel Principū benepla/  
cito & examine executioni demādat, inhibēt ac notarios executores vel  
subexecutors litarū, monitoriorū, citationū & inhibitionū hmōi capiūt,  
incarcerat& detinēt vel capi & icarcerari & detineri faciūt & qui ex eōge  
officio vel ad instatiā quorticūq; p̄sonas ecclesiasticas & capitula, p̄cūtus  
& collegia Ecclesiæ quarticūq; corā se ad eorū tribunal, audiētiā, cācella/  
riam, consiliū vel parlamenti trahūt ac præter iuris cōmuniſ dispositionē  
trahi faciūt vel procurat directe uel idirecte, quoquis q̄sito ingenio uel co/  
lore, necnō statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas seu que/  
uis alia decreta in genere vel in specie ex quavis causa & quoquis quælito  
colore et sub p̄textu literarū apostolicarū in vñ nō receptare & reuoca/  
tare haſtent fecerūt, ordinarūt seu publicarūt ac faciēt, ordinabūt & pu/  
blicabūt in futuꝝ p̄ quas & q̄ quolibet libertas ecclesiastica tollitur seu in  
aliquo laeditur vel deprimitur aut alias qaoqūo restringit̄r seu nostris  
& apostolicæ sedis iuribus quomodolibet tacite vel expresse, directe  
vel indirecte p̄tjudicatur. Declarat̄es nihilominus ac protestat̄es prout  
tenore p̄sentiū declaramus ac expresse p̄testam̄ur absolutionē hodie vel  
aliasetia folēniter p̄ nos faciēdā p̄tatos supranoiminatos & qualificatos ac  
Vicecācellarios, cōſiliarios & p̄curatores ac alios excōicatos p̄dictos nissi  
prius statim statuta, ordinatiōe, cōstitutiones pragmaticas & decreta hu/  
iusmodi publice reuocauerint & ex Archiuſ seu capitularibus locis aut  
libris in quibus annotata reperiuntur deleri & caſſari nos de reuocatione  
& caſſatione huiusmodi certiores fecerint & alias a premissis cum vero  
proposito vterius similia non committendi desliterint comprehēdere,  
nec illis aliter suffragaturam fore ac insuper in premissis omnibus &  
singulis ac aliis quibuscumq; iuribus iedi Apostolicæ ac S.R.E. vnde cūq; &  
quomodolibet q̄situs seu quærendis per quoscumq; actus contrarios aut quo/  
libet p̄tjudicantes tacito vel expreſſoſ a nobis uel sede Ap̄lica quolibet  
factoſ aut fieriſ aut quēq; tēponi fluxum seu patientiā vel tolleratiā no/  
ſtrā nullatenus quomodolibet p̄tjudicari debere aut quolibet posſe  
& ſic noſtræ incōmutabilis intentionis ſemper fuſſe, fore & eſſe. **C**on  
obſtatibus quibuscumq; priuilegiis & idulgētiis ac litteris Apostolicis, ger  
eralibus vel sp̄alibus eis vel eōge alicui vel aliquibus, cuiuscumq; ordinis, ſtatus  
vel cōditiōis, dignitatib; vel p̄eeminētiā fuerint, et si (vt p̄mittitur) Pōti/  
ficali, Imperiali, Regali, Reginali ſeu quavis alia ecclasiatica uel mūdana  
pſulgeat dignitate, a p̄dicta ſede ſub quā formia uel tenore cōcessis, quod  
uel anathematizari nō poſſint, p̄ las Apostolicas nō facītes ple  
nam ac de verbo ad verbū, de indulto hmōi ac ordinib; locis,

nominiis propriis, cognominibus & dignitatibus eorum mentione, necno  
cōsuetudinibus, & obseruatiis scriptis, & nō scriptis, & alii cōtrariis quibus  
cunq; per quae contra nos processus huiusmodi, ac sententias, quomodo  
nus includantur in eis, se iuuare valeant, aut tueri & queat, quo ad hoc pe  
nitus tollimus, & omnino reuocamus, & a quibus quidem sententiis, nul  
lus per aliud quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo  
constitutus, absolvi possit, nec etiam tunc, nisi de stando Sanctæ Roma  
næ Ecclesiæ mādato, satisfactione, vel sufficienti cautiore præstitis, etiam  
prætextu confessionalium, seu quarumuis facultatum uerbo, literis, aut  
quauis alia scriptura, etiam in qua quod sola signatura sufficeret cōcessæ,  
& quauis derogatoriū derogatoriæ fortiores, & efficaciores insolitæ  
clausulæ apparerent, quibusvis personis, cuiuscunq; præminentia, di  
gnitatis, cōditiōis, aut status fuerint, etiā si ut p̄mittitur P̄otificali, Impe  
riali, Regali, Regionali, vel quauis alia p̄sulgeat dignitate, Religiosis & se  
cularibus utriusq; Iexu, Capitulis, Collegiis, cōuentibus, ordinibus etiā medi  
cantiū, & Militari hospitalibus, Cōfratriis, Vniuersitatibus p̄cessariū a no  
bis, vel a p̄dicta sede, & quas concedi quomodolibet cōtingeret in futur.  
¶ Illos autē qui cōtra tenore p̄sentū talibus, vel eorū alicui, vel aliquibus  
absolutionis beneficiū impēdere de facto p̄sumperint, excōicationis, &  
anathematizationis sentētia inodamus eisq; prædicatiōis, lectiōis, admini  
strationis sacramento, & audiēdi cōfessiōes, officia interdic̄tū, prædi  
centes, & declarantes aperte trāgressoribus & cōtemptoribus p̄dictis nos  
grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter prout expedire cognoue  
rimus, processuros & nihilominus quicquid egerint absoluendo vel alias  
nullius sit roboris, vel momenti.

¶ Ut autem huiusmodi nostri processus, ad cōmunem omniū notitiam  
deducātur, chartas, seu membranas processus continentēs eosdem, in ual  
uis Basilicarū Principis Apostolorū, & sancti Ioannis Lateranensis de Ur  
be affigi, seu appendi faciemus, quae processus ipsos suo quasi sonoro præ  
conio, & patulo iudicio publicabūt, ut hi quos processus huiusmodi con  
tingūt, quod ad ipsos non peruerenterint, aut ipsos ignorauerint, nullā pos  
sint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit ve  
risimile, quo ad ipsos remanere incognitū, quod tam patenter omnibus  
publicatur.

¶ Verū ut præsentes litteræ, ac omnia, & singula in eis cōtenta, eo fiāt no  
tiora, quo in plerisq; Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, Venerabilibus  
Fratribus Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac Locorum  
Ordinariis, vilibet constitutis, p̄ hac scripta cōmittimus, & in virtute  
Sanctæ obedientia districte præcipiendo mandamus, quatinus per se vel  
aliū seu alios præsentes litteras postquam eas receperint, seu eari  
tint notitiā, saltē semel in anno, aut pluries, prout expedire vide

eclesiis suis dū maior in eis populī multitudō ad diuina conuenerit, solē  
niter publicēt, ad Christifidelium mētes deducant, nūcient, & declarant.

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum excō  
municationum, anathematizationum, innouationis, extensionis, prote  
stationis, sublationis, declarationum, reuocationis, innodationis, præ  
dictionis, interdicti, facti, commissionis, & mandati infringere vel  
ei ausū temerario contraire.

¶ Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignatiōem omnipotē  
tis Dei, ac Beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incurſurum.  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae  
M.D.XXVII.XIII.Calen.Maii Pont.Nostri Anno Quarto.

HEN. DE BUSSEY.

ప్రాణికి విషాదం కలిగిన విషాదం కలిగిన విషాదం  
ప్రాణికి విషాదం కలిగిన విషాదం కలిగిన విషాదం

ప్రాణికి విషాదం కలిగిన విషాదం కలిగిన విషాదం